

1524

Andreas Cricius episcopus Premi-
sliensis, Petro Tomicki episcopo Cra-
coviensi regni Polonia vicecancell-
lano.

127

Reverendissime mi domine. Tres articuli
fuerunt, in quibus communitas cum re-
ge et consiliariis non potuit convenire.
Primus erat de oratore caesaris et externis
omnibus, praeter subditos regios et Polonos,
excludendis. Secundus de moneta non cuden-
da. Tertius de gentibus aequaliter servandis
per dominos seculares a novis et aliis
proventibus, quemadmodum spirituales ser-
vant a censibus et decimis. Nunc autem
intellecta duarum arcium amissione Pec
et orsana, convenit in arcem magna com-
munitatis multitudo, exigentes ut iam re
ipsa provisio fieret, et arx Severini que
oppugnatur, defenderetur, alioquin se perire
nolle, sed velle sibi providere, et de his
qui causa sunt malorum, supplicium sur-
mere, et alia multa horrenda protulerunt.
Quid adhuc illis respondebitur, nescio. Do-
minus Strigoniensis promittit nos cito ab-
solvere, atque ita coram de omnibus.

Rogo has literas regias mittere ver-
stra reverendissima dominatio quam alen-
us dignetur. Potest illas aperire, sed haec
summa

summa est omnium, que vestra rever-
rendissima dominationi scripsi. Similiter
et alias literas ad curiam, cui attinet
consignare et mittere dignetur. 1524.

[Faint, mirrored handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]